



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa
Bullam Unigenitus**

Archidiocèse <Malines>

Bruxellis, [1719]

Exemplar Subscriptionis Admodum RR. DD. Præpositi, Decani, & Capituli
Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Martini Alosti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40699

bentissimè, & humillimè subscribere, & Nos conformare profitemur, infinitas gratias agentes præfato Excellentissimo, ac Reverendissimo Domino Archiepiscopo pro Pastorali suo zelo, ac vigilantiâ ergâ oves curæ suæ concreditas. Datum Anderlaci in loco Nostro Capitulari, hac 21. Januarii 1719.
Erat signatum.

Carolus Philippus Van Zype Jurium Licentiatus Decanus.

Franciscus Egidius Van Uffels J. U. Lic. Cantor.

Robertus Eduardus de Farvacques Canonicus.

J. Vigneron Canonicus Anderlechtensis.

A. Tramasure Canonicus Anderlechtensis.

Joannes Antonius Vander Heyden Canonicus.

Jacobus de Blye Canonicus Anderlechtensis, & Presbyter.

Heunicus Macarius Van Diependael Presbyter, & Canonicus Anderlechtensis.


M. J. Van Brande Presbyter, ac Canonicus.

J. B. Schrynmæckers Canonicus J.U.L.

J. B. Hævet Canonicus.

A. M. De Horenbeque Canonicus.

Joannes Georgius Rimbout Canonicus.



EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

Admodum RR. DD. Præpositi, Decani, & Capituli Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Martini Alofti.

PRÆPOSITUS, DECANUS, & CAPITULUM ECCLESIÆ COLLEGIATÆ S. MARTINI ALOFTI, TENORE PRÆSENTIUM NOTUM FACIMUS, & DECLARAMUS, NOS GRATANTER RECE-

recepisse literas Excellentissimi, ac Reverendissimi D. Archiepiscopi Mechliniensis de datâ 26. Octobris novissimi, cùm adjunctâ Epistolâ Pastorali ejusdem Excellentissimi Domini universo Clero, & Populo suæ Dioecesis inscriptâ, quibus omnibus læto animo applaudentes, de Corde puro, & fide non sicut unanimiter profitemur, nos omni, quâ parest, veneratione, & reverentiâ recipere, atque admittere, uti & anteâ semper recepimus, atque admisimus Constitutionem SS. D. N. Clementis XI. *Unigenitus*, debitam eidem, atquè omnimodam obedienciam, ac submissionem spondendo, & pari veneratione recipiendo prædictam Pastoralem Epistolam, eique in omnibus, & singulis punctis libentissime, atque humillime subscribentes, executuri, in quantum Nos concernit, tam eamdem Epistolam, quam prædictas literas de datâ 26. Octobris, quas & Registris Capitularibus inseri curavimus. Infinitas denique gratias agentes præfato Excellentissimo, ac Reverendissimo Domino Archiepiscopo de Pastorali suo zelo, ac vigilantiâ erga oves curæ suæ commissas : Deum O. M. suppliciter exorantes, ut Ecclesiam suam Sanctam pacificare, & coadunare dignetur toto orbe terrarum : In quorum omnium fidem præsenti Actæ Capitulari subscriptimus, eamdemque sigillo Capituli nostri, & signaturâ Secretarii nostri muniri jussimus. Datum in Congregatione Capitulari 10. Novembris 1718. Erat signatum.

Lud. Oost Præpositus.

Corn. Nuyts Decanus, & Pastor.

H. De Zuerendoncq Canonicus.

H. A. De Ruddere J. U. Lic., Cantor, & Canonicus.

M. Vanden Brande Canonicus.

J. B. Govaert Canonicus.

(56)

F. P. Del Bove Canonicus.

C. J. de Ruddere Canonicus, & Scholasticus.

Paulus Tack Canonicus, J. U. Licentiatus.

Locus  Sigilli,

De mandato RR. Admodum
DD. Praepositi, Decani, &
Capituli præfatorum Erat
signatum P. J. VAN MONTA-
GU Sacerdos & Secretarius
Capituli.

EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Cleri sacerularis Aloftensis scriptæ Excel-
lentissimo & Reverendissimo Domino
Archiepiscopo Mechliniensi,*

Excellentissime ac Reverendissime Domine

Speramus, non ægrè laturam Excellentiam Ve-
stram, si nos infra scripti Sacerdotes sacerulares
Alofti commorantes, debitâ, ac filiali Eidem vene-
ratione declaremus, ac sincerè profiteamur, nos
omni, quâ par est, submissione, ac reverentiâ ad-
mittere, atque amplecti (uti, & anteâ semper ad-
misimus, atque amplexi fuimus) Constitutionem
Sanctissimi D. N. Clementis XI. *Unigenitus*, eidem,
& per omnia nos subjiciendo, & promptissimam
obedientiam spondendo; agnoscentes, firmiterquè
credentes, quod in eâdem Constitutione Petrus per
Clementem locutus sit: pari quoquè submissione,
ac reverentiâ applaudendo complectimur, ac reci-
pimus Pastoralem Excellentiae Vestrae Epistolam
die 16. Octobris novissimi editam, atquè universo
Clero, & Populo suæ Diœcesis inscriptam, cui in
omni-